Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vt videat si est intelligens aut requirens
deum ergo omnes declinauerunt simul inutiles facti
sunt non est qui faciat bonum non est usque
ad unum ergo Contritio et infelicitas in
viis eorum et viam pacis non cognouerunt
non est timor dei ante oculos eorum Deum
non timuerunt Illic trepidauerunt timore ubi
non erat timor ergo Psalmus Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis re-
requiescet in monte sancto tuo Qui ingredit-
ur sine macula et operatur iustitiam Qui loquitur ve-
ritatem in corde suo qui non egit dolum in lingua
sua Nec fecit proximo suo malum et
opprobrium non accepit aduersus proximos suos
Qui iurat proximo suo et non decipit Qui
pecuniam suam non dedit ad usuram et
munera super innocentem non accepit ergo
Ibi Notandum quod Iudei multa habent in psalmis contra
eos Sic quod pecuniam suam non dedit ad
usuram et dixit dominus domino meo sedeo da-
uid in spiritu sancto locutus est messias dominus autem est
filius eius quia fuit homo et multa de passione ipsius
vt fecerunt manus meas et pedes meos di-
numerauerunt omnia ossa mea et multa mala
de xpo contra eos Ipse hic ipsi Iudei in

de Iudeis